Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



215

eum peccauit ⁊ egent gloria dei · iustificati p gratiam ipius
predemptionis que est in xpo ihu · que proposuit deus propitiatorem
in fidem in sanguine ipius · ad ostensionem iustitiae
suae · propter remissionem precedentium delictorum in sustentatione
dei · ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore
ut sit ipse iustus ⁊ iustificans eum qui ex fide est ihu
christi domini nri · Secundum Matheum

In illo t: Defuncto herode: ecce angelus dni apparuit
i somnis ioseph in egypto dicens · Surge ⁊ accipe
puerum ⁊ matrem eius ⁊ uade in terram israhel · Defuncti
sunt enim qui querebant animam pueri · Qui exurgens
accepit puerum ⁊ matrem eius ⁊ uenit in terram israhel ·
Audiens autem quod archelaus regnaret in iudea pro patre
suo · timuit illo ire · Et admonitus i somnis · secessit
in partes galylee · Et ueniens habitauit in ciuitate q
uocatur nazareth · ut adimpleretur quod dictum est per prophetas
· quia nazareus uocabitur · In Epyphania dni

Surge illuminare ihrl: quia · lectio ysaie prophete.
Ueniet lumen tuum ⁊ gloria dni super te orta est: quia
ecce tenebre operient terram ⁊ caligo populos · super te autem
orietur dns ⁊ gloria eius in te uidebitur · Et ambulabunt
gentes in lumine tuo: ⁊ reges in splendore ortus
tui · leua in circuitu oculos tuos ⁊ uide · Omnes isti congregati
sunt: uenerunt tibi · Filii tui de longe uenient: ⁊ filie
tue de latere surgent · Tunc uidebis ⁊ afflues et mirabitur
⁊ dilatabitur cor tuum quando conuersa fuerit ad te multitudo
maris · fortitudo gentium uenit tibi · Inundabit te camelorum
operiet te dromedarii madyan ⁊ epha · Omnes de saba
uenient: aurum ⁊ thus deferentes · ⁊ laudem dno annunciantes ·